


Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Cum nobis nuper innotuit uaria et diuersa priuilegia, immunitates, exemptiones et gratias vniuersitati et hominibus vrbis per Paulum iij. Julium et iij. ac Paulum iij. et Pium etiam iij. et alios predecessores nostros Romanos Pontifices et sedem apostolicam per suas in forma breuis et sub plumbo lras super uarijs et diuersis rebus ac occurrentibus negotijs, necnon liberatione cuiusdam auctori pally ciuitatis firmari uel eius cathedralis ecclesie sub cuius diocesi constituti estis, ac preteritis seu Potestatis electione absq; alioquin Prouincia nra Marchie Legati, seu vicelegati uel gubernatoris confirmatio- ne et approbatione merito, et mixto imperio et gladij potestate concessa confirmata et innouata fuisse, comunitatibusq; ac regimen vrbis pro eius ipsius, ciuium incolar, et habitatorum tranquillo statu et commoditate uaria et diuersa, etiam amplioribus fauoribus et gratijs prorogationibus, comulacionibusq; fidem sinceritatem et constantiam vrbis et sanctam sedem apostolicam et Romanos Pontifices ur- tris etiam exigentibus meritis omnibus et singulis priuilegia indulta, gratias concessionibus et exemptionibus per quoscuq; Romanos Pontifices predecessores eiusdem sedem apostolicam in genere uel in specie presertim super liberatione dicti pally vobis quomodolibet concessa approbata et innouata, necnon constitutiones, ordinationes, decreta, et reformationes per vniuersitatem vrbis et homines predictos quomodolibet factas et editas, factasq; editas et firmatas, quorum omnium et singulorum tenores et compendia, ac si de uerbo ad uerbum preteritis inserta fuissent, pro expressis habentes, quatenus tamen licita et honesta, ac con- tra libertatem ecclesiasticam non tendentia, ac prout hactenus obseruata sunt, Motu proprio et ex certa scientia approbamus confirmamus et innouamus concedimus et indulgemus, illisq; vrbis et sedi aplice robur et firmitatem adijcimus, suppletis omnes et singulos defectus: et insuper quia fe. de Pius iij. predecessor noster prohibuerat, nequis in Prouincia et terra predicta granum uel alterius cuiuscumq; generis bla- da vendere uel emere auderet sine prouideret, nisi prius a Camerario seu ab ipsa Camera ad id specialiter deputatis habita licentia, volumus et mandamus quod in Prouincia et Terra predictis quilibet ad sui beneplacitum libitum libere et licite granum et cuiuscumq; generis blada emere et vendere possit et debeat, ita quod omnibus sit liberum hmoi commercium, dummodo monopola non fiant et in fraudem et preiudi- cium Camera predicta, et extra statum ecclesiasticum sine licentia non extrahantur. Et insuper sperantes eo feruentius vos in nra et dicte sedis deuotione permansuros, quo vberiores gratias ab eadem sede conse- quimini. Motu proprio, scientia et potestate similibus vobis ut in futurum vrbis de quo uobis uidebitur utrum contrarietatem ad uendendum sal publicum in dicta terra pro usu uro pro pretio quo Dohanerij salaria nra Marchie in magazzenis et locis solitis uobis in particulari uendent, ad nutum vrbis deputare possitis, et ualeatis, ut de pnti eligitis et deputatis, et quatenus ita fieri solitum sit, et a Dohanerij predictis satisfe- cto eisdem de occurrenti pretio salis predicti a uobis pro tempore deputato uel deputando uenditi super deputacione hmoi quouis pretextu molestari ad acceptandum alium pro dictorum Dohanerij parte ad uen- dendum sal predictum deputatum inuicti cogi non possitis. Mandantes modernis et pro tempore existentibus dicta Prouincia Legato Vicelegato gubernatori Thesaurario et cuiuslibet ipsorum ministris et officia- libus, necnon sancte Romane ecclesie Camerario vicecamerario Camera aplice clericis, ac generalibus Thesaurario et Auditori quatenus vniuersitatem et homines predictos minime impediunt perturbent uel inquietent, quinimo eis in premissis omnibus et singulis faueant et assistant, ipsosq; priuilegijs indultis gratijs exemptionibus concessionibus et alijs predictis libere et licite uti frui et gaudere faciant. Contra- dictores et inobedientes quoscuq; iuris et facti remedijs opportunis ac sub sententijs censuris et poenis compescendo et tum auxilio brachij secularis, siq; pognoscuq; Judices, et causarum Palatii aplici Auditores et sancte Romane ecclesie Cardinales iudicari et diffiniri, ac interpretari debere, sublata eis aliter iudicandi diffinendi et interpretandi facultate decernimus. Non obstantibus aplice ac dicta Prouincia et alijs provincialibus et sinodalibus constitutionibus et ordinationibus etiam super registrandis priuilegijs in Archivio dicta Prouincia ac de confirmandis et uidentis statutis editis per comunitates ipsius Pro- uincia per illius legatos vicelegatos gubernatores et prebites, priuilegijs quoq; indultis et lris aplice pnbuicis concessis approbati et innouati cum quibusuis clausulis etiam derogatorijs derogatorijs, irritantibus et alijs decretis, omnibusq; alijs q; predecessores nri non obstare ualuerunt, ceterisq; contrarijs quibuscumq; quos omnium et singulorum priuilegijs, statutis, gratijs, concessionibus, immunitatibus, statutis, decretorum reformationum constitutionum prohibitionum aliorq; predictorum et huius de necessitate exprimen tenores et compendia ac si de uerbo ad uerbum non per clausulas generales idem expresse derogamus. Dat. Rome apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die xxvj. Martij. M. D. Lxvj. Pontif. Hri Anno Primo.

Ca: Glorierius. ∞



1566 m'die... nona die... hoc sunt brevis exhibend...
 Cornilio...
 ad...
 et ego...

die p^o July 1567

Cesari pellicanus...
 Secretarius

Dilectis filiis...
 nra Montissaneti firmani...
 Conferma de Privilegijs

S. Pio V.

N. 27.

